

www.e-rara.ch

M. T. Ciceronis Epistolarvm Volvmen, Earvm Qvæ Familiæres Olim dictæ, nunc rectius Ad Familiares appellantur ... Accesservnt, Post Præfationem, ...

Cicero, Marcus Tullius

Avgvstæ Mvnatianæ, M D C XX

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-142564>

Ciceronis epistolarum ad Marium, & alios. Liber VII.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

NUNCIATORIA
 NUNCIATORIA

CICERONIS EPI-
 STOLARVM AD MA-
 rium, & alios,

LIBER VII.

ARGVMENTVM.

*Ludos, quos Pompeius Magnus iterum consul dedit,
 describit, & extenuat: utrunq; ob eam causam, ne Ma-
 rium eos pratermississe paniteret.*

Nuntiatoria.

M. Cicero s. D. M. Mario.

*a Dolor corpo-
 ris refertur ad
 podagram, quæ
 Marium saepe
 vexabat. ep. 4.*



*b Ab iis reli-
 ctus, qui ad lu-
 dorum specta-
 cula in urbem
 contulerant.*

I TE a dolor aliquis corpo-
 ris, aut infirmitas valetudi-
 nis tuæ tenuit, quo minus ad
 ludos venires: fortunæ mag-
 gis tribuo quàm sapientiæ
 tuæ. Sin hæc, quæ cæteri mi-
 rantur, contemnenda duxi-
 sti. & quum per valetudinem posses, venire ta-
 men noluisti: utrunque lætor, & sine dolore cor-
 poris te fuisse, & animo valuisse, quum ea quæ
 sine causâ mirantur alii, neglexeris: modò vt
 tibi constiterit fructus otii tui: quo quidem tibi
 perfrui mirificè licuit, quum esses in ista amœ-
 nitate penè solus b relictus. Neque tamen du-
 bito quin tu ex illo cubiculo tuo, ex quo tibi
 Stabianum

Stabianum perforasti, & patefecisti Scianum, per eos dies matutina tempora lectiunculis consumseris: quum illi interea, qui te istic reliquerunt, spectarent communes mimos semisomni. Reliquas verò partes diei tu consumebas iis delectationibus, quas tibi ipsi ad arbitrium tuum compararas. nobis autem erant ea perpetienda, quæ a scilicet P. Mæcius probauisset. Omnino, si quæris ludi apparitissimi, sed non tui stomachi. coniecturam enim facio de meo. Nam primùm honoris in scenam redierint ij *b* quos ego honoris causa de scena decessisse arbitrabar. deliciae verò tuæ nocuerunt. A sopus eiusmodi fuit, vt ei desinere per omnes homines liceret. is iurare quum cœpisset, vox eum defecit in illo loco, *c* Si sciens fallo. Quid tibi ego alia narrem? nosti enim reliquos ludos. Quid ne id quidem lepōris habuerunt, quod solent mediocres ludi. apparatus enim spectatio tollebat omnem hilaritatem. quo quidem apparatu non dubito quin animo acquisitissimo carueris. quid enim delectationis habent sexcenti muli in *d* Clytemnestra? aut in Equo Troiano craterarum tria millia? aut armatura varia peditatus & equitatus vt in aliqua pugna? quæ popularem admirationem habuerunt, delectationem tibi nullam attulissent. Quòd si tu per eos dies operam dedisti *e* Protogeni tuo: dummodo is tibi quiduis potius quàm orationes meas legerit, nã tu haud paulo plus quàm quisquam nostrum, delectationis habuisti. Non enim te puto *f* Græcos aut Oscos ludos desiderasse, presertim quum Oscos ludos vel in senatu *g* nostro spectare possis, Græcos verò ita

a Cum stomacho, scilicet, dixit.

b Qui, per aetatem quum agere iam non possent, artem omiserant.

c Verba iurandi per Ionem lapidem. Gell. l. i. c. 21. & Acad. 4. & Festus ep. 12.

d Tragædiarum nomina.

e Seruo anagnosti.

f Ad Att. lib. 16.

g Arpinati. vetera, enim Arpinati.

nonames, vt ne ad villam quidem tuam via
Græca ire soleas. Nam quid ego te athletas pu-
tem desiderare, qui gladiatores contemferis?
in quibus ipse a Pompeius confitetur se & ope-
ram & b oleum perdidisse. Reliquæ sunt ve-
nationes, binæ per dies quinque, magnificæ,
nemo negat: sed quæ potest esse homini c po-
litico delectatio, quum aut homo imbecillus à
valentissima bestia laniatur, aut præclara be-
stia venabulo transfuerberatur? quæ tamen si vi-
denda sunt, sæpè vidisti: neque nos, qui hæc spe-
ctauimus, quicquam noui vidimus. Elephanto-
rum extremus dies fuit: in quo admiratio ma-
gna vulgi atque turbæ, delectatio nulla extitit:
quinetiam d misericordia quædam consequuta
est, atque opinio eiusmodi, esse quandam illi
bellæ cum genere humano societatem. His ego
tamen diebus, ludis scenicis, ne fortè videar ti-
bi non modo beatus sed liber omnino fuisse, di-
rupi penè me in iudicio Galli Caninij, familia-
ris tui. Quòd si tam facilem populum haberem
quàm Æsopus habuit, libenter mehercule ar-
tem e desinerem, tecumque & cū similibus no-
stri viuerem. Nam me cum antea tædebat, quū
& ætas & ambitio hortabantur, & licebat deni-
que, quem nolebam, non defendere: tum verò
hoc tempore vita nulla est. neque enim fructū
vllum laboris expecto: & cogor nonnunquam f
homines non optimè de me meritos, rogatu
eorum qui bene meriti sunt, defendere. Itaque
quæro causas omnes aliquando viuendi arbi-
tratu meo: teque, & istam rationem ouij tui, &
laudo vehementer & probo: quòdque nos mi-
nus interuisis, hoc fero animo æquiore, quòd
fi Ro-

a Dator ludo-
rum.

b Quo athleta-
rum corpora
ungebantur.

c Infima fortas-
se plebs delecta-
tur, minimè
verò homines
in tractanda
rep. versati.

d Vide Pliniū
lib. 8. cap. 7.

e A iudicij
causisq; disce-
derem. Val. 4.
c. 2.

f Significat Ga-
binium inimi-
cum suum, ro-
gatu Pompeij à
se defen. Dio
lib. 39.

si Roma esses, tamen neque nos lepore tuo, neque te, si quis est in me, meo frui liceret, propter molestissimas occupationes meas: quibus si me *a* relaxaro (nam, ut planè exsoluam, non postulo) te ipsum quidem, qui multos annos nihil aliud commentaris, docebo profectò, quid sit *b* humaniter viuere. Tu modò istam imbecillitatem valetudinis tuæ sustenta & tuere, ut facis, ut nostras villas obire & mecum nostra simul lesticula concurrere possis. Hæc ad te pluribus verbis scripsi quàm soleo, non otij abundantia, sed amoris erga te: quòd me quadam epistola subinuitaras, si memoria tenes, ut ad te aliquid eiusmodi scriberem, quominus te prætermisisse ludos pœniteret. Quod si assequutus sum, gaudeo: sin minus, hoc me tamen consolor, quòd posthac ad ludos venies, nosque vises, neque in epistolis relinques meis spem aliquam delectationis tuæ. Vale.

a *Observa duo translata verba, & relaxare, exsoluere.*

b *Tum laudabiliter, tu etiã iocunde viuere.*

ARG. *Marij negotium sibi cura fore promittit: deinde scribit quanti & faciat & facere debeat condemnationem T. Munatij Planci Bursa: de quo vide Pedianum in commentario Miloniana. Scripta est primis diebus eius anni quo Ser. Sulpicius & M. Marcellus consules fuere. nam paulo post Cicero in prouinciam iuit. & Dio damnatum ait, quum primum exisset magistratu.*

Responsoria ad gratulatoriam.

Cicero s. d. Mario.

2

MANDATVM tuum curabo diligenter: sed homo acutus ei mandasti potissimum.

O z

qui

a Quod Cicero
esset unus ex
coheredibus, ad
quos pertine-
bat fundi ven-
ditio.

b Quod in me
accusante sit
damnatus. ep.
20. l. 9. & Phi-
lip. 13. & Dio
l. 4.

c Clodium Mi-
to occiderat, &
damnatus e-
xulabat.

d Pompeiū si-
gnificat, qui
Plancum reū
Kripro lauda-
uit. Dio. l. 40.

e Vide ep. 6. li.
6.

f Pompeius e-
zium eos iudi-
ces consul lege-
rat.

**Dio, Velleius
T. lut. in Po-
pico. ipsa pro
Milonē.**

cui a expediret illud venire quamplurimo: sed
eo vidisti multum, quod praesinisti, quo ne plu-
ris emerem. Quod si mihi permisisses, qui meus
amor in te est, confecissem cum coheredibus.
nunc, quando tuum pretium noui, licitatore
potius apponam, quam illud minoris veneat.
sed de ioco satis est. tuum negotium agam, sicuti
debeo diligenter. De Bursa te **b** gaudere cer-
to scio: sed nimis verecundè mihi gratularis. pu-
tas enim, ut scribis, propter hominis sordes mi-
nus me magnam illam lætitiā putare. Credas:
mihi velim, magis me iudicio hoc **c** quàm
morte inimici lætatum. Primum enim iudicio
malo, quàm gladio: deinde gloria potius amici,
quàm calamitate. In primisque me delectauit,
tantum studium honorum in me extitisse con-
tra incredibilem contentionem **d** clarissimi &
potentissimi viri. Postremò (quod vix verisimi-
le fortasse videatur) oderam multo peius quàm
illum ipsum Clodium. Illum enim oppugna-
ram, hunc defenderam. Et ille, quum omnis
resp. in meo capite discrimen esset aditura, ma-
gnam quiddam spectauit: nec sua quidem spon-
te, sed eorum auxilio qui me **e** stante stare, non
poterant. hic fimiolus animi causa, me, in quē
inueheretur, delegerat: persuaseratque non-
nullis inuidis meis se in me emissarium sem-
per fore. Quamobrem valde iubeo gaudere te.
magna res gesta est nunquam vlli fortiores ci-
ues fuerunt, quàm qui ausi sunt, eum contra
tantas opes eius à quo ipsi flecti iudices erant,
condemnare. Quod fecissent nunquam, nisi iis.
dolori meus fuisset dolor. Nos hic multitudine
& celebritate iudiciorum, & nouis legibus, ita
distine-

distinemur, ut quotidie vota faciamus, ne a in- a Nam inter-
tercaletur, ut quamprimum te videre possimus. calatio tempus
Vale. : protrahebat.

ARGV M. *Causam exponit, cur, acie Pharsa-
tica victus, à bello discesserit. quod illi ab iniquis viris
dabatur.*

Defensoria, Purgatoria.

Cicero s. D. Mario. 3

PERSARPE mihi cogitatio de communibus
miseriis, in quibus tot annis versamur, & (ut
video) verlabimur, solet in mentem venire il-
lius temporis, quo b proximè fuimus vnà: quin- b Ante bellū
etiam ipsum diem memoria teneo. Nam ad III. ciusle, ergo
idus Maias, Lentulo & Marcello cos. quum in multo ante.
Pompeianum vesperi venissem, tu mihi solici- dixit enim, in
to animo præstò fuisti. Solicitum autem te ha- quibus tot an-
bebat cogitatio tum officij, tum etiam periculi nos versamur.
mei. Si manerem in Italia verebare ne c officio c Erga rep. &
deessem: si proficiscerer ad bellum, periculum Pompeiū bene
te meum commouebat. Quo tempore vidisti meritum.
profectò me quoque ita conturbatum, ut non
explicarem quid esset optimum factu: pudori d Vide ep. 6. li.
tamen malui d famæque cedere, quàm salutis 6.
meæ rationem ducere Cuius me mei facti pœ-
nituit, nō tam propter periculum meum, quàm
propter e vitia multa, quæ ibi offendi quo ve- e Pōpēianorū
neram: primū neque magnas copias, neque
bellicosas: deinde, extra ducem paucosque
præterea (de principibus loquor) reliqui pri-
mū in ipso bello rapaces, deinde in oratione f Ep. 14. l. 4. &
ita f crudeles, ut ipsam victoriam horrerem: 19. li. 18.

a *Ep. 6. libr. 6.*
Præsertim L.
Lentuli ep. 13.
li. 5 & Casar li.
1. de bello ciu.

b *Ad Dyrra-*
chum. lib. 1. de
bello ciu.

c *Ep. 7. libr. 4.*

d *Vt Scipio.*
 e *Vt M. Mar-*
cellus.
 f *Vt Cato qui*
se Vtica occi-
dit. unde illi
p. stea cognomē
Vticensis.

num autem æs alienum amplissimorum^a vi-
 rorum. quid quæris? nihil boni præter caussam.
 Quæ quum vidissem, desperans victoriam, pri-
 mum cœpi suadere pacem, cuius fueram sem-
 per auctor: deinde, quum ab ea sententia Pom-
 peius valde abhorreret, suadere institui vt bel-
 lum duceret. hoc interdum probabat & in ea
 sententia videbatur fore, & fuisset fortasse, ni-
 si quadam ex *b* pugna cœpisset suis militibus
 confidere. Ex eo tempore vir ille summus, nul-
 lus imperator fuit. signa tirone & collectio
 exercitu cum legionibus robustissimis contulit:
 victus, turpissimè, amissis etiam castris, solus
 fugit. Hunc ego belli mihi finem feci: nec pu-
 tau, quum integri *c* pares non fuissetus, fra-
 ctos superiores fore. Discessi ab eo bello, in
 quo aut in acie cadendum fuit, aut in aliquas
 insidias incidendum, aut deueniendum in vi-
 ctoris manus, aut ad *d* Iubam confugiendum,
 aut capiendus tanquam *e* exilio locus, aut con-
 sciscenda *e* mors voluntaria. certè nihil fuit
 præterea, si te victori nolles aut non auderes
 committere. Ex omnibus autem iis quæ dixi,
 incommodis, nihil tolerabilius exilio, præser-
 tim innocenti, vbi nulla adiuncta est turpitu-
 do: addo etiam, quum ea vrbe careas, in qua
 nihil sit quod videre possis sine dolore. Ego
 cum meis (si quicquam nunc cuiuspiam est) et-
 iam in meis esse malui. quæ acciderunt, omnia
 dixi futura. veni domum, non quod optima vi-
 uendi conditio esset, sed tamen, si esset aliqua
 forma reip. tanquam in patria vt essem: si nulla,
 tanquam in exilio. Mortem mihi cur conscisce-
 rem, causa nulla visa est: cur optarem, multæ,
 vetus

vetus est enim, vbi non sis qui fueris, non esse cur velis viuere. sed tamen, vacare culpa, magnum est solatium. præsertim quum habeam duas res, quibus me sustentē, optimarum a artium scientiam, & maximarū c rerum gloriam, quarū altera mihi viuo nunquā eripietur, altera ne mortuo quidem. Hæc ad te scripsi verbosius, & tibi molestus fui, quod te cum mei tum reip. cognoui aman-^{ti}ssimum. notum tibi omne consilium meum esse volui, vt primū scires, me nunquam voluisse plus quenquam posse quàm vniuersam remp. postea autem quàm alicuius culpa tantum valeret vnus, vt ei obisti non posset, me voluisse pacem: amisso exercitu, & eo duce in quo spes fuerat vno, me voluisse etiam reliquis omnibus, postquā non potuerim, mihi ipsi finem fecisse belli: nunc autem, si hæc ciuitas est, ciuem esse me: si non, exulem esse, non incommodiore loco quàm si me Rhodum aut d Mitylenas contulisset. Hæc tecum coram malueram: sed, quia longius fiebat, volui per literas eadē, vt haberes, quod diceres, figuando in vituperatores meos incidisses. Sunt enim qui, quum meus interitus nihil fuerit e reip. profuturus, criminis loco putent esse quod viuam, quibus ego certò scio non videri satis multos periisse: qui si me audissent, quanuis f iniqua pace, honestè tamen viuerent: armis enim inferiores, non caussa, fuissent. Habes epistolam verbosio-^{ri}orem fortasse quàm velles. quod tibi ita videri putabo, nisi mihi lōgiorem remiseris. Ego, si, quæ volo, expediero, breui tempore te, vt spero, videbo. Vale.

a A doctrina.

b A reb. gestis.

c Casar, Pompey culpa ita firmus, vt plus potuerit vnus quàm vniuersa resp.

d Vt Marcellus. ep. 7. lib. 4.

e Quasi non recuperasset, si è rep. sit, mortem oppetere.

f Vide ep. 6. l. 6.

ARG. *Pramonet Marium de adventu suo in Pompeianum.*

Cicero s. D. Mario.

4

a *Scribonio.*

b *Constitutum depodagra curanda. ep. 1.*

AD VII I. Kal. in Cumanum veni cum a Libone tuo, vel nostro potius. in Pompeianum statim cogito: sed faciam te antè certiozem. Te cùm semper valere cupio, tum certè dum hìc sumus. Vides enim quanto pòst vnà futuri sumus. Quare, si quid b constitutum cùm podagra habes, fac in alium diem differas. cura igitur vt valeas, & me hoc biduo aut triduo expecta. Vale.

ARG. *Commendat studiosissimè Trebatium iurisconsultum Cesari Galliarum prefecto.*

Commendatoria.

M. Cicero s. D. C. Cesari imp. 5

Artificiose insinuatio ad impetrandum.

c *Cum Pöpeio, ad rei frumentaria curationem. Vide ep. 1. li. 4. ad Att. & Libera trer. vide ep. 8. li. 3.*

VID E quàm mihi persuaserim, te, me esse alterum, non modò in iis rebus quæ ad me ipsum, sed etiam in iis quæ ad meos pertinent. C. Trebatium cogitaram, quocunq; exirem, mecum ducere, vt eum meis omnibus studiis & beneficiis quam ornatissimum domum reducerem: sed posteaquam & Pompeij commoratio diuturnior erat quàm putaram, & mea quædam tibi non ignota dubitatio aut impedire c profectioem meam videbatur, aut certè tardare: vide quid mihi sumserim: cœpi velle, ea Trebatium expectare à te, quæ sperasset à me: neque mehercule minus ei d prolixè de tua voluntate promisi, quàm eram solitus de mea polliceri

Hceri. Casus verò mirificus quidam interuenit,
 quasi vel testis opinionis meæ, vel sponsor hu-
 manitatis tuæ. nam quum *a* de hoc ipso Treba-
 tio cum Balbo nostro loquerer accuratius domi-
 meæ, literæ mihi dantur à te, quibus in extremis
 scriptum erat: M. Furium, quem mihi commen-
 das, vel regem Gallix faciam, vel hunc Leptæ *b*
 delegam: si vis tu, ad me alium mitte, quem or-
 nem. Suftilimus manus & ego Balbus: tâta fuit
 opportunitas, vt illud nescio quid non fortui-
 tum sed diuinum videretur. Mitto igitur ad te
 Trebatium, atque ita mitto, vt initio mea spon-
 te, post autem *c* inuitatu tuo mittendum duxe-
 rim hunc, mi Cæsar, sic velim omni tua comi-
 tate complectare, vt omnia quæ per me possis
 adduci vt in meos conferre velis, in vnum hunc
 conferas. De quo tibi homine hoc spondeo, non
 illo vetere verbo meo, quod, quum ad te de Mi-
 lone scripsissem, iure lusisti, sed *d* more Roma-
 no, quo modo homines non inepti loquuntur,
 probiorem hominem, meliorem virum, pru-
 dentiorem esse neminē. Accedit etiam, *e* quod
 familiam ducit, in iure ciuili singularis memo-
 ria, summa scientia. Huic ego neque tribunatū,
 neque præfecturam, neque vllius beneficij cer-
 tum nomen peto, benevolentiam tuam & libe-
 ralitatem peto: neque impedio quominus, si ti-
 bi ita placuerit, etiam hisce eum ornes gloriolæ *f*
 insignibus. Totum denique hominem tibi trado
 de manu (vt aiunt) in manum tuam istam, & vi-
 ctoria & fide præstantem. sumus enim *g* puti-
 diusculi quàm per te vix licet: verùm, vt video,
 licebit. Cura vt valeas: & me, vt amas, ama.

a Quem eum
commedarē.

b Al. delegē.
Quidam, de-
legabo, vel,
delega. Qui-
dā, legatum.
sine pronom.

c Scripsisti e-
nim, Alium
mitte.

d Epist. id.

e Id est, quod in
eo est summum
est. Vide scholiū
in extremo lib.

f Id est castren-
sibus honoribus.

g Vide scholiū
in extremo lib.

ARG. Trebatium, desiderium urbis vix ferentem, hortatur ut urbis urbanitatisq; memoriam, quasi quasdam ineptias, abijciat, & de prouincia, quò se contrulerat, tum spe beneficiorum, tum constantia causa, cogitet.

Hortatoria, Monitoria.

Cicero S. D. C. Trebatio.

6

a *Vistata, ut ea quæ lege sunt.*

b *Infrà dixit, more Romano, epist. 18.*

c *Pro, habitabant, ut ad Att. ep. 14. li. 1.*

d *Quum iurisconsultus sis. Iurisconsultorum enim est, aliis cauere.*

e *Versus Eurpidis, ep. 15. li. 13.*

IN omnibus meis epistolis, quas ad Cæsarem aut Balbum mitto, a legitima quædam est accessio commendationis tuæ: nec ea vulgaris, sed b cum aliquo insigni indicio meæ erga te beneuolentiæ. Tu modò ineptias istas, & desideria urbis & urbanitatis depone: & quo consilio profectus es, id assiduitate & virtute consequere. Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quàm ignouerunt Medæ, quæ Corinthum, arcem altam, c habebant, matronæ opulentæ optimate: quibus illa manibus gypsatisissimis persuasit ne sibi illa vitio verterent, quòd abesset à patria.

Nam multi suam rem bene gessere & publicam patria procul:

Muli, qui domi ætatem agerent, propterea sunt improbat.

Quo in numero tu certè fuisses, nisi te extrusissemus. Sed plura scribemus aliàs. Tu, qui cæteris d cauere didicisti, in Britannia ne ab essedariis decipiaris caueto. & quando Medeam agere cœpi, illud semper memento: **EQVI** ipse sibi sapiens prodesse nequit, nequidquam sapit. Cura vt valeas.

ARG,

ARG. *Studium suum in commendando Trebatio significat: iocatur de Britannia: monet ut in familiaritatem Caesaris se penitus insinuet, & occasione utatur.*

Admonitoria.

Cicero s. D. Trebatio. 7

EGO te commendare non desisto: sed, quid proficiam, ex te scire cupio. spem maximam habeo in *a* Balbo: ad quem de te diligentissimè *a* *Qui apud Ca* & sæpissimè scribo. Illud soleo mirari, non me *sarè gratia plu* toties accipere tuas literas, quoties à *Q* fratre *rimu poterat.* mihi afferuntur. In Britannia nihil esse audio *b* *Ad Att. lib.* neque auri neque argenti. id si ita est, esse dū ali- *4. ep. 16.* quod suadeo rapias, & ad nos quamprimum re- *c* *Cæsaris bene-* curras. Sin autem sine Britannia, tamen *uolentiam.* qui id quod volumus, possumus: perface ut sis in familiaribus Cæsaris. multum te in eo frater *d* *Epist. 17.* adiuuabit meus, multum Balbus, sed (mihi crede) tuus pudor & labor plurimum. *d* Imperatorem liberalissimum habes, & atatem opportunissimam commendationem certè singularem: ut tibi vnum timendum sit, ne ipse tibi defuisse videare. Vale.

ARG. *Modestè reprehendit Trebatium, qui tribunatum militum, à Casare delatum, recusauerat.*

Obiurgatoria.

Cicero s. D. Trebatio. 8

SCRIPSIT ad me Cæsar perhumaniter, nondum te sibi satis esse familiarem, propter

pter occupationes suas, sed certè fore. Cui quidem ego rescripsi, quàm mihi gratum esset futurum, quam plurimum in te studij, officij, liberalitatis suæ contulisset. Sed ex tuis literis cognoui præproperam quandam festinationem tuam: & simul sum admiratus cur tribunatus commoda, dempto præsertim labore militiæ, contempseris. Querar cum Vacerra, & Manilio, nam a Cornelio nihil audeo dicere: cuius tu periculo stultus es, quando te ab eo sapere didicisse profiteris. Quin tu vrges istam occasionem & facultatem, qua melior nunquam reperietur? Quod scribis de illo Prætiano iureconsulto, ego te ei non desino commendare. scribit etiam ipse mihi, te sibi gratias agere debere. de eo quid sit, cura vt sciam. Ego vestras Britannicas literas expecto. Vale.

a Qui Trebatij magister fuerat in iure civili. Digest. l. 1. r. tit. 2.

b Plus est facultas, quam occasio.

ARG. *Literarum officium à Trebatio requirit: monet ne reditum in urbem præproperè cupiat.*

Monitoria.

Cicero s. D. Trebatio.

9

I A M D I V ignoro quid agas. nihil enim scribis. neque ego ad te his duobus mensibus scripseram. quia cum Quinto, fratre meo, non eras, quo mitterem aut cui darem, nesciebam. Cupio scire quid agas, & vbi sis c hiematurus. equidem velim cum Cæsare: sed ad eum propter eius occupationes nihil sum ausus scribere. ad Balbum tamen scripsi. Tu tibi deesse noli. ferius potius ad nos, dū plenior. quòd huc properes, nihil est, præsertim Vacerra mortuo. sed tibi

c Non enim vno loco uniuersus exercitus hiemabat.

tibi consilium non deest quid constitueris, cupio scire. Cn. Octavius, an Cn. Cornelius: tuus quidem, familiaris, summo genere natus, a terræ filius: is me, quia scit. tuum familiarem esse, crebrò ad cœnam inuitat. adhuc non potuit perducere: sed mihi tamen gratum est. Vale.

a Iocatur in Octavij ignobilitatē ep. 16.

ARG. *Leuitatis Trebatium per iocum arguit, quia scripserat se Casari valde iureconsultum videri: irem timiditatis, qui transire in Britanniam cum Casare recusavit. alia nonnulla.*

Iocatoria, Monitoria.

Cicero s. D. Trebatio. 10

LEGI tuas literas, ex quibus intellexi, te Casari nostro valde *b* iureconsultum videri. *b* Est quod gaudeas, te in ista loca venisse, vbi aliquid sapere viderere, quòd si in Britanniam quoque profectus esses, profectò nemo in illa tanta insula *c* peritior te fuisset. Veruntamen (rideamus licet: sum enim à te inuitatus) subinideo tibi, vltro te etiam accersitum ab eo ad quem cæteri, non propter eius superbiam, sed propter occupationes, adspirare non possunt. Sed tu in ista epistola nihil mihi scripsisti de tuis rebus: quæ mehercule mihi non minori curæ sunt quàm meæ. Valde metuo ne *d* frigeas in hibernis, quam obrem camino luculento utendum censeo. idem & *e* Mucio & Manilio placebat, præsertim qui sagis non abundares. quam vos nunc istic satis calere audio. Quo quidem nuntio valde mehercule de te timue-

b Iocatur in eius ambitionē.

c In insciam.

d In paupertatem.

e De hoc Mucio vide Digest. lib. 1. tit. 2.

iam:

a In timiditate.

b *Lusus esse gemus, quæ clausis oculis cernatur, Seneca videtur existimare.*

c *An sit in spe alicuius commodi,*

d *Edui, fratres populi R.*

e *Terentienses.*

ram: sed tu in re militari multo es cautior quam in aduocationibus; qui neque in Oceano *a* natante volueris studiosissimus homo natandi, neque spectare essedarios, quem antea ne *b* andabatam quidem defraudare poteramus. Sed iam satis iocatus sumus. Ego de te ad Cæsarem quam diligenter scripserim, tute scis, quam sæpè, ego, sed mehercule iam intermiseram, ne viderer liberalissimi hominis meique amantiissimi voluntati erga me diffidere. sed tamen his literis quas proximè dedi, putari esse hominem commonendum. id feci. Quid profecerim, facias me velim certiore, & simul de toto statu tuo consiliis que omnibus scire enim cupio quid agas, quid *c* expectes, quam longum istum tuum discessum à nobis futurum putes. Sic enim tibi persuadeas velim, vnum mihi esse folatium, quare facilius possim pati, te esse sine nobis, si tibi esse id emolumento sciam. sin autem id non est, nihil duobus nobis est stultius, me, qui te non Romam attraham: te, qui non huc aduoles. Vna mehercule nostra vel seuera vel iocosa congressio pluris erit, quam non modò hostes sed etiam fratres nostri *d* Edui, quare omnibus de rebus fac vt quamprimum sciam.

Aut consolando, aut consilio, aut re iuvero.

ARG. *Conatur Trebatio desiderium urbis adimere, precipit tamen, vt, nisi absit ab urbe cum emolumento, redeat.*

Suasoria.

Cicero

Cicero s. D. Trebatio.

II

Nisi antè Roma profectus esses, nunc eam cerè relinqueres. quis enim a tot interregnis iureconsultum desiderat? ego omnibus vnde petitur, hoc consilij dederim, vt à singulis interregibus binas aduocationes postulent. Satisne tibi videor abs te ius ciuile didicisse? Sed heus tu, quid agis? ecquid fit? video enim te iam iocari per literas. Hæc b̄ signa meliora sunt quàm in meo Tusculano, sed quid sit, scire cupio. consuli quidem te à Cæsare scribis: sed ego tibi ab illo consuli mallē. Quod si aut sit aut futurum putas, perfer istam malitiam & permane. ego enim desiderium tui spe tuorum commodorum consolabor: sin autem ista sunt c̄ inaniora, recipe te ad nos. Nam aut erit hic aliquid aliquando: aut, si minus, vna mehercule colloquutio nostra pluris erit quàm omnes Samarò brinæ. Denique, si te citò retuleris, sermo nullus erit: sin frustra diutius abfueris, non modò d̄ Laberium, sed etiam sodalem nostrum Valerium pertimesco. mira enim persona induci potest Britannici iureconsulti. Hæc ego non rideo, quauis tu rideas: sed de re seuerissima tecum, vt soleo, iocor. Remoto ioco, tibi hoc amicissimo animo præcipio, vt, si istic mea commēdatione tuam dignitatem obtinebis, perferas nostri desiderium, honestatem & facultates tuas augeas: sin autem ista frigeant, recipias te ad nos. omnia tamen quæ vis, & tua virtute profectò & nostro summo erga te e studio consequere. Vale.

a Interregni
tēpore iudicia
iacebant.

b Ambigua si-
gnorum signifi-
catio, & proin-
diciis, & pro
status.

c Infrā dicit,
sin ista frige-
bunt, eodem
sensu.

d Alterū, mi-
mum, alterū,
iurisconsultū.

e Quia te su-
dioso Cæsari cō-
mendamus.

ARG.

ARG. *Ex intermissione literarum arguit Trebatium Epicureum esse factum: & in eo iocatur.*

Iocatoria.

Cicero s. D. Trebatio.

12

*a Tarentū, mol-
lu ciuitas, &
dedita volu-
ptati.*

*b Sic legitur in
duob. antiquis
libris, alij,
Zeius, ignotū
mihi nomē in-
ter Romanas
familias.*

*c Epicurus e-
nim dixit, deos
non curare
mortalia.*

*d Qui Epicu-
ri sectam co-
lebat.*

M TREBATIO BARBAR, quid esset quod tu mihi lite-
ras mittere intermisisses. indicauit mihi
Pansa meus Epicureum te esse factum o castra
præclara. quid tu fecisses, si te *b* Tarentum &
non Samarobrinam misisses? Iam tum mihi
non placebas, quum idem intuebare quod &
Titius, familiaris meus. sed quonam modo ius
ciuile defendes, quum omnia tua causa fa-
cias, non ciuium? Vbi porro illa erit formula
fiduciar, *v* inter bonos bene agier oportet?
quis enim est bonus, qui facit nihil nisi sua
caussa? Quod ius statues communi diuidendo,
quum commune nihil possit esse apud eos qui
omnia voluptate sua metiuntur? Quomodo au-
tem tibi placebit Iouem lapidem iurare, quum
scias Iouem *c* iratum esse nemini posse? quid
fiet porro populo Vlabrano, si tu statueris
πολιτῶν non oportere? Quare, si planè à
nobis deficis, molestè fero: sin *d* Pansa assen-
tari commodum est, ignosco: modò scribes ali-
quando ad nos, quid agas, & à nobis quid agi,
quid fieri aut curari velis. Vale.

ARG. *Intermissionis literarum causam dicit:
quam non accipiente Trebatio, inde occasionem arri-
pit liberius iocandi.*

Iocatoria.

Cicero

AD HONORE me a iniustum esse existimasti, ut tibi irascerer, quod parum mihi constans & nimium cupidus decedendi viderere, ob eamque causam me arbitrare literas ad te iamdiu non misisse? mihi perturbatio animi tui, quam primis literis perspiciebam, molestiam attulit: neque alia fuit vlla causa intermissionis literarum, nisi quod, ubi esses, plane nesciebam. Hic tu me etiam infimulas, nec satisfactionem meam accipis. audi mihi Testa: utrum superbiorum te pecunia facit, an quod te imperator consulit? moriar ni, quæ tua gloria est, putò te malle à Cæsare consuli, quam inaurari. si verò utrumque est, quis te feret, præter me, qui omnia ferre possum? Sed ut ad rem redeam, te istuc inuitum non esse, vehementer gaudeo: & ut illud erat molestum, sic hoc est iocundum. tantum metuo, ne artificium tuum tibi parum proficiat, nam, ut audio, istuc.

d Non ex iure manu confertum, sed magis ferro Rem repetunt.

Et tu soles ad vim faciendam adhiberi? Neque est quod illam exceptionem in interdicto pertimescas, quod tu prior in hominibus armatis non veneris. scio enim te non esse procacem in laessendo. Sed, ut ego quoque te aliquid de nostris cautionibus admoneam. Treuiros vites censeo. audio capitales esse. mallet, e auro, argento, ære essent. Sed alias iocabimur. Tu ad me de istis rebus omnibus scribas velim quam diligentissime. Ad III. non. Mart. Vale.

a Ex abrupto exorditur, ut ep. 8. li. 2. Quid tu ep. 6. 15. & 17. lib. 8.

b Cognomē Trebatii, ep. 22.

b Ambitio, cupiditas honoris. ep. 15. lib. 8.

d Vide hos Ennii versus in oratione pro Murena: Gell. lib. 20. cap. 9. & ad Att. ep. 8. lib. 15. & Seruium in vit. Ecloga.

e Vide scholia in extremo lib.

ARG. Familiariter & iocose Trebatium reprehendit, qui litteras nullas miserat.

Locatoria.

Cicero s. D. Trebatio.

14

a Etiam ipse
Cyrus, libertus
erat, sed ab ar-
chitectura no-
bilis. ad Att. l.

a. ep. 3.

b Formulas.

c Tuis enim
scriptis non u-
rentur.

d Timor futuri
belli, quod asta-
re renouabatur.

e Melior iuris-
consultus, quā
amicus.

CHRYSIPPVS Vetus, Cyri architecti a li-
bertus, fecit vt te non immemorem puta-
rem mei. salutem enim mihi verbis tuis nun-
tiavit. Valde iam lautus es, qui grauari lite-
ras ad me dare homini praesentim propè dome-
stico. Quòd si b scribere oblitus es, minus multi-
iam te aduocato causa c cadent: sin nostri obli-
tus es, dabo operam vt istuc veniam antè quàm
planè ex animo tuo effluam. sin æstiuorum d
timor te debilitat, aliquid excogita, vt fecisti de
Britannia. illud quidem perlibenter audiui ex
eodem Chrysippe, te esse Cæsari familiarè. sed
me hercule mallet, id quod erat æquius, de tuis
rebus ex tuis literis quam sæpissimè cognoscere.
quod certè ita fieret, si tu maluisses e beneuo-
lentia quam litium iura perdiscere. Sed hæc io-
cati sumus & tuo more, & non nihil etiam no-
stro. Te valde amamus, nosque à te amari tum
volamus, tum etiam confidimus. Vale.

ARG. Declarat suum absentis Trebatij deside-
rium: & gratulatur de C. Marij familiaritate.

Gratulatoria.

Cicero s. D. Trebatio.

15

e Agenore de-
scendis ad spe-
cies.

QVAM sint morosi qui amant, vel f ex hoc
intelligi potest. Molestè ferebam antea te
inuitum

inuitum istic esse: pungit me rursus quod scribis
te esse istic libenter. neque enim tum, mea com-
datione te non delectari, facilè patiebar: &
nunc angor, quidquam tibi sine me esse iocun-
dum. sed tamen hoc malo nos ferre desiderium,
quàm te non ea quæ spero consequi. Quòd ve-
rò in C. a Matij, suauissimi doctissimi que ho-
minis, familiaritatem venisti, non dici potest
quàm valde gaudeam: qui fac ut te quam ma-
ximè diligat. mihi crede, nihil ex ista prouin-
cia potes, quod iocundius sit, deportare, Cura
ut valeas.

a Hic est cuius
epistola legitur
lib. xi. ep. 28.

ARG. Laudare videtur Trebatium ut sapientem,
qui belli pericula vitaret, sed re vera notat ut timi-
dum. Adscribit de Octauio, de Trebatij diuitiis, de su-
perbia, per iocum.

Iocatoria.

Cicero s. D. Trebatio.

16

b Tragedia no-
men.

IN b Equo Troiano scis esse in extremo, SE-
RO SAPIUNT. tu tamen, mi vetule, non se-
rò primùm illas e rabiòfulas, sat fatuas, dedisti.
deinde, quod in Britannia non nimis φιλοθέωρον
te præbuidisti, planè non reprehendo. nunc ve-
rò in hibernis diniectus mihi videris: itaque te
commouere non curas. VSQVE QVAQVE sa-
pere oportet. id erit telum acerrimum. Ego, si
foris cœnitarem, Cn. Octauio familiari tuo, ctus.
defuissem: cui tamen dixi, quum me aliquo-
ties inuitaret, oro te, e quis tu es? sed me hercu-
se, extra iocum, homo bellus est: vellem
cum tecum abduxisses. Quid agatis, ecquid

Quòd omnino
discedere à bel-
lo cureres: in
quo sapere vi-
debaris.

d Al. inne-
ctus. for. vin-
e Norat homi-
nis ignobilita-
rem. ep. 9.

P 2

in

in Italiam venturi suis hac hieme, fac plane sciam. Balbus mihi confirmavit, te diuitem futurum. id vtrum Romano more loquutus sit, bene nummarum te futurum, an quo modo Stoici dicunt, omnes esse diuites qui cælo & terra frui possunt, postea videro. Qui istinc veniunt, superbiam tuam accusant, quod negent te percunctantibus a respondere. sed tamen est quod gaudeas. constat enim inter omnes, neminem te vno Samarobrinæ iuris peritorem esse. Vale.

a Nō quod superbus esset, sed quod a nemine consuleretur; *ep. 10. lib. 1.*

ARG. Gratulatur Trebatio, quod de reditu in urbem iam non amplius cogitet: & hortatur ut Caesaris amicitiam plurimi faciat. quam fore fructuosam promittit, in seq. ipse recipit.

Gratulatoria, Hortatoria.

Cicero s. d. Trebatio.

17

b De eo quod apud Casarem Trebatij causa fecerat. erat enim Quintus Casaris legatus in Gallia.

c Non est, ut a libi, pro acutis dicitis, sed pro rebus urbanis.

d Alludit ad creditores Prolemai, redit Alexandrini. *ep. 10. lib. 1.*

EX tuis literis & Qu. fratri *b* gratias ego, & te aliquando collaudare possum, quod iam videris certa aliqua in sententia constitisse. nam primorum mensium literis tuis vehementer commouebat, quod mihi interdum (pace tua dixerim) leuis in vrbis *b* vrbani- tatisque desiderio, interdum piger, interdum timidus in labore militari, sæpè autem etiam (quod à te alienissimum est) subimpudens videbare. Tanquam enim syngrapham ad imperatorem, non epistolam, attulisses, sic, pecunia abiata, domum redire properabas: nec tibi in mentem veniebat, eos ipsos qui cum *d* syngraphis venissent. Alexandriam, nullum adhuc nū-

mm.

nummum auferre potuisse. Ego, si mei com-
modi rationem ducerem, te mecum esse maxi-
mè vellem. non enim mediocri afficiebar vel
voluptate ex consuetudine nostra, vel vtilitate
ex consilio atque opera tua: sed quum te ex a-
dolescentia tua in amicitiam & fidem meam
contulisses, semper te non modò tuendum mi-
hi, sed etiam augendum, atque ornandum puta-
ui Itaque, quoad opinatus sum me in prouin-
ciam exiturum, quæ ad te vltro attulerim, me-
minisse te credo, posteaquam a mea mutata ra-
tio est, quum viderem me à Cæsare honorificen-
tissimè tractari & vnicè diligi, hominisque
liberalitatem incredibilem & singularem fi-
dem nossem, sic ei te commendaui & tradidi,
vt grauissimè diligentissimeque potui. Quod il-
le ita accepit, & mihi sæpè literis significauit,
& tibi verbis & re ostendit, mea commenda-
tione sese valde esse commotum. Hunc tu virum
nactus, si me aut sapere aliquid, aut velle tua
causa putas, ne dimiseris: &, si qua te fortè res
aliqua offenderit, quum ille aut occupatione
aut difficultate tardior tibi erit visus, perferto,
& vltima expectato: quæ ego tibi & c iocūda &
honesta præstabo. Pluribus te hortati non de-
beo: tātum moneo, neque amicitia confirman-
dæ clarissimi ac liberalissimi d viri, neque vber-
ioris prouinciæ, neque ætatis magis idoneum
tempus, hoc si amiseris, te esse vllum vnquam
reperiturum. hoc, quemadmodum vos scribere
foletis in vestris libris, idem Q. e Cornelio vi-
debatur. In Britanniam te non esse profectum,
vehementer gaudeo: quòd & tu labore caruisti, f
& ego te de rebus illis non faudiam. Vbi sis hi-

a Res mea ali-
ter tulerunt.
vide ep. 1. lib. 3.

b Vide epistolā
commendati-
tiam. ep. 7.

c Vtilia, & ho-
norifica.
d Epist. 7.

e Epist. 8.

f Quasi glorio-
se narrantem.

a *Præsentis cõ-
modi.*

bernaturus, & qua spe aut a conditione, perscribas ad me velim, Vale.

ARG. *Laudat Trebatium, qui de militia cum Cesare perferenda cogitaret: iocatur præterea in illius parafimo iam, quia scripserat in palimpsesto.*

Laudatoria, & iocatoria.

Cicero s. d. Trebatio.

13

b *Hoc pendet
vsq; ad illud,
cætera bellè.*

c *Epist. 38. lib.
22. ad Att.*

d *Literas commendatitias,
Gracè scriptas.
e Quia ignavi,
spectatores pugnarum sunt:
itaq; certius omnia & obseruant,
& narrare deinde p. sunt.*

ACC EPI à te aliquot epistolas vno tempore, quas tu diuersis temporibus dederas: in quibus me b cætera delectarunt. significabant enim te istam militiam iam firmo animo ferre, & esse fortem virum & constantem. Quæ ego paulisper in te desideravi, non imbecillitate animi tui, sed magis vt desiderio nostri te æstuarè putarem. Quare perge vt cœpisti: forti animo istam tolera militiam. multa (mihi crede) assequere. ego enim renouabo commendationem, sed c tempore sic habeto, nō tibi maiori esse curæ vt iste tuus à me discessus fructuosissimus tibi sit, quàm mihi. Itaque, quando vestræ cautiones infirmæ sunt, d Græculam tibi misi cautionem chirographi mei. Tu me velim de ratione Gallici belli certiore facias. ego enim e ignauissimo cuique maximam fidem habeo. Sed, vt ad epistolas tuas redeam, cætera bellè: illud miror, quis solet eodem exemplo plures dare, qui sua manu scribit? Nam, quod in palimpsesto, laudo equidem parsimoniam: sed miror quid in illa chartula fuerit, quod delere malueris, quàm hæc scribere: nisi fortè tuas formulas, non enim puto te meas epistolas delere, vt

repo-

nas tuas. an hoc significas, nihil fieri? frigere te? ne chartam quidem tibi a suppeditare? iam ista tua culpa est, qui verecundiam tecum extuleris, & non hic nobiscum reliqueris. ego te Balbo, quum ad vos proficiscetur, b more Romano commendabo. Tu, si interuallum longius erit mearum literarum, ne sis admiratus. eram enim abfuturus mense Apr. Has literas scripsi in Pontino, quum ad villam M. Æmilij Philemonis diuertissem: ex qua iam audieram fremitum & clientium meorum, quos quidem tu mihi conciliasti. Nam Ulubris, honoris mei causa, vim maximam d ranunculorum se commosse constabat. Cura ut valeas. v r. idus Apr de Pontino.

EPISTOLAM tuam, quam accepi ab L. Arruntio, confidi innocentem. nihil enim habebat, quod non vel in concione recte legi posset, sed & Arruntius ita te mandasse aiebat, & tu adscriperas. Verum illud esto. nihil te ad me postea scripisse demiror, præsertim tam nouis rebus. Vale.

ARG. Scribit de topicis à se conscriptis ut rogantè Trebatio satisfacere, eaq; esse obscuriora significat, nec legenda sine interprete. Addit, si expeditam in questionibus habere doctrinam velit, exercitationem esse necessariam.

Præceptoria.

Cicero s. D. Trebatio.

19

V I D E e quanti apud me sis. etsi iure id quidem; non enim amore te vinco. veruntamen,

a Pro suppeditare, ut alibi.

b Epist. s.

c Quis propè erant.

d Nō dixit hominum, sed ranunculorum, ob paludes.

e Initium effica ad benevolentiam.

a Eadem locutio Topicorum initio.

b Ex ipsis tantum literis, & quasi muto libro.

*c Al. nonnūquam.
d Correctio est. si non omnia, e hoc (inquit) consequere, ut intelligas.*

men, quod presenti tibi propè subnegarem, non tribuerem certè, id absenti a debere non potui. Itaque ut primùm Velia nauigare cepi, institui topica Aristotelica conscribere, ab ipsa vrbe commonitus amantissima tui. cum librum tibi misi Rhegio, scriptum quamplurimè res illa scribi potuit. Sin tibi quædam videbuntur obscuriora, cogitare debebis, NULLAM artem b literis sine interprete & sine aliqua exercitatione percipi posse. Non longè abieris num ius ciuile vestrum ex libris cognosci potest? qui quanquam plurimi sunt, doctorem tamen c lumenque desiderant. quanquam tu, si attentè leges, si sapius, per te omnia consequere d ut certè intelligas. Ut verò etiam ipsi tibi loci, proposita quæstione, occurrant, exercitatione consequere: in qua quidem noste continebimur, si & salui redierimus, & salua ista offenderimus. Vale. V. Kal. Sext. Rhegio.

ARGV M. De amore Velienſum in Trebatium ſcribit, & hortatur ne poſſeſſiones eas vendat, qua, tam miſeris temporibus, perſugium eſſe poſſint.

Diſuaſoria.

Cicero s. D. Trebatio.

20

e Cognomē Trebatia familia.

A MABILIOR mihi Velia fuit, quòd te ab ea ſenſi amari. ſed quid ego dicam te, quem quis non amat? e Ruſio mediuſfidius tuus ita deſiderabatur, ut ſi eſſet vnus è nobis. Sed ego te non reprehendo, qui illum ad ædificati-
nem tuam traduxeris. quanquam enim Velia
non

non est vilior quam Lupercal: tamen istuc malo quam hæc omnia. tu si me audies, quem soles, has paternas possessiones tenebis, (nescio quid enim Velientes verebantur) neque Heletem nobilem amnem, relinques, nec a Pappianam domum deferes. quanquam illa quidem habet lucum, à quo etiam aduenæ teneri solent: quem tamen si b excideris, multum prospexeris. Sed in primis opportunum videtur, his præsertim temporibus, habere perfrugium, primum eorum urbem quibus carus sis, deinde etiam tuam domum, tuosque agros: eaque, remoto, salubri, amœnoque loco: id que etiam mea interesse mi Trebatii arbitror. Sed valebis, mea que negotia videbis, me que diis iuuantibus, ante brumam c expectabis. Ego à Sexto Pabio, Niconis discipulo, librum abstuli Νίκαν & τῆς πολιορκίας. ó medicum suavem, me que docilem ad hanc disciplinam. sed Bassus noster me de hoc libro celavit: te quidem non videtur. Ventus c increbescit. Cura ut valeas. x i i i. Kalend. Sext. Velia.

ARG. *Silyi causam, viri optimi sui, Trebatio commendat. Videtur autem, quum extra urbem esset, ad Trebatium in urbem hac scripsisse.*

Commendatoria.

Cicero s. D. Trebatio. 21

S I L I I causam te docui. is postea fuit apud me. quum ei dicerem tibi videri, sponsionem illam nos sine periculo facere posse, e s i

P 5 bonorum

a Trebatij, de aliquo Pappiano emptam.

b Potest incidere lucus sine periculo. Cato lib. 1.

c Cogitabat Cicero in Gracia ad visendum filium suum, qui Athenis literarum studia colebat. ep. 1. lib. 10.

d Flare incipit vehementius. creber enim venti spiratus velum tendit.

e Verba sponsionis.

FORNI.

Sulpicium.

*b Vide de Offi-
lio iuriscensul-
to, Digest. lib. 1.
tit. 2.*

bonorum Turpiliã possessionem Q. Capio
prætor ex edicto suo mihi dedit: negare aiebat
a Seruium tabulas testamenti esse eas, quas in-
stituisset is qui factionem testamenti non ha-
buerit: hoc idem b Offilium dicere tecum se lo-
quutum negabat: meque rogauit vt se causam-
que suam tibi commendarem, Nec vir melior,
mi Testa, nec mihi amicior P. Silio quisquam,
est, te tamen excepto. Gratissimũ igitur mihi
feceris, si ad eum vltro veneris, ei que pollicitus
eris, sed, si me amas, quamprimum, hoc te ve-
hementer etiam atque etiam rogo. Vale.

ARG. *Auctoritate iuriscensultorum probat quod
de controuersia quadam dixerat.*

Disputatoria.

Cicero s. D. C. Trebatio.

22

*c Sic bene num
marum, ep. 16.*

*d Id est tibi, nã
Testa Treba-
tũ cognomen,
ep. 13.*

ILLVSTRAS heri inter scyphos, quodd di-
xeram controuersiam esse, possentne heres,
quod furtum antea factum esset, recte furti
agere. Itaque tisi domum c bene potus sero-
que redieram: tamen id caput vbi hæc con-
trouersia est, notauit, & descriptum tibi misi:
vt scires, id quod tu neminem sensisse dicebas,
Sext. Alium, M. Manilium, M. Brutum sen-
sisse. ego tamen Scauolæ & b Testa assentior.
Vale.

ARG. *Signa quadam Ciceroni Gallus emerat,
quum is tabellas porius pictas caperet, rescribit igitur,
ex illis emptionibus nullam se curasse. De proxima domo
illi conducenda se desiderare, addit.*

Cicero

Cicero s. d. M. Fabio Gallo. 23

TANTVM EX Aipinati veneram, quum mihi à te literæ redditæ sunt: ab eodemque accepi a Auiani literas: in quibus hoc erat li-

beralissimum, nomina se facturum, quum venisset, quæ ego vellem die. Fac quæso, qui ego sum, esse te: estne aut tui pudoris, aut nostri, primum rogare de die, deinde plus b annua postulare? Sed essent, mi Galle, omnia facilia, si & ea mercatus esses quæ ego desiderabam, & ad eam summam, quam volueram. Attamen isthæc ipsa quæ te emisse scribis, non solum rata mihi erunt, sed etiam grata planè enim intelligo, te non modò studio sed etiam amore usum, quæ te delectarint, hominem (vt ego semper iudicaui) in omni iudicio elegantissimum, quæque me digna putaris, coemisse. Sed velim maneat b Damasippus in sententia. prorsus enim ex istis emtionibus nullam desidero. tu autem ignarus instituti mei, quanti ego genus omne signorum omnium non æstimo, tanti ista quatuor aut quinque sumpsisti. Sed Bacchas istas cum Musis Metelli comparas. quid simile? d primum ipsas ego Musas nunquam tanti putassem: atque id fecissem Musis omnibus approbantibus. sed tamen erat aptum bibliothecæ, studiisque nostris congruens: Bachis verò vbi est apud e me locus? At pulchellæ sunt. Noui optimè, & sæpè vidi: nominatim tibi signa mihi nota mandassem, si probassem. ea enim signa ego emere soleo, quæ ad similitudinem gymnasiolorum exoriant mihi in palæstra locum. f Martis verò signum quo mihi pacis auctori? Gaudeo nullum Saturni signum fuisse. hæc enim duo

a Statuarij.
b Annuæ die,
bima die, tri-
ma die, sæpe le-
gimus in vete-
rum iuriskon-
sultorij libris.
ad Att. epist.
2. lib. 12.

b Scripserat
Gallus, ea si-
gna, si Cicero
non emeret, em-
turum Dama-
sippam.

c Sine Deinde,
positum est, vt
ep. 9. l. 2. & ad
Att. epist. 11. l.
8. & 18. lib. 12.

e Quem neg,
Bacchus, neg,
Venus dele-
ctat.

f Mars, & Sa-
turnus, infesta
signa: Mercuri-
us, boni euē-
tus index.

duo signa putarem mihi æ alienum attulisse, a Mercurij mallet aliquod fuisset: felicius, pu-
 to, cum Auiano transigere possemus. Quod tibi
 destinaras Trapezophoron: si te delectat, ha-
 bebis: sin autem sententiam mutasti, ego ha-
 bebo scili et. Ista quidem a summa næ ego
 multo libentius emerim diuersorium Tarraci-
 næ, ne semper hospiti molestus sim. omnino li-
 berti mei video esse culpam, cui planè res certas
 mandaram, itemque Lunij, quem puto tibi no-
 tum esse, Auiani familiarem. Exedria quædam
 mihi noua sunt instituta in porticula Tuscula-
 ni: ea b volebam tabellis ornare. etenim, siquid
 generis istiusmodi me delectat, pictura delectat.
 sed tamen, si ista mihi sunt habenda, certio-
 rem velim me facias, vbi sint, quando accersantur,
 quo genere vecturæ. si enim Damasippus in
 sententia non manebit: c aliquem pseudoda-
 masippum vel cum iactura reperiemus. Quod
 ad me de domo scribis iterum iam id ego profi-
 ciscens mandaram meæ Tullia. ea enim ipsa
 hora acceperam tuas literas. egeram etiam cum
 tuo Nicia, quod is vtitur, vt scis, familiariter
 Cassio. vt redij autem, prius quàm tuas legi has
 proximas literas, d quæsiui de mea Tullia, quid
 egisset. per Liciniam se egisse dicebat. sed opi-
 nor Cassium vti non ita multum sorore eã por-
 ro negare se audere, quam vir abesser. (est enim
 profectus in Hispaniam Decius) illo & absente
 & inficiente migrare. Est mihi grauissimum, tan-
 ti à te æstimatam consuetudinem vitæ victusq;
 nostri, primùm vt eam domum sumeres, vt non
 modò prope me, sed planè e mecum habitare
 posses: deinde, vt migrare tantopere festines. Sed
 ne vi-

a Tanta pecu-
 nia.

b Vt exedriis
 superimposita
 tabella specta-
 rentur.

c Omnino ali-
 quæ qui emat,
 reperiemus.

d Quæsiui ex
 Phantia, ep. 6.
 l. 3.

e Fortasse, quod
 domus ea Cice-
 ronis domui iu-
 sta esset, pa-
 rieta cõmuni.

ne viam, si tibi concedo, ut eius rei tu cupidior sis quam ego sum. itaque omnia experiar. video enim quid mea interfit, quid vtriusque nostrum. Si quid egero, faciam ut scias. tu & ad omnia rescribes: & quando te expectem, facies me, si tibi videbitur, certiozem. Vale.

ARG. Narrat quàm iniquè Tigellius sibi irascatur. Idem scribit, lib. 13. ad Att. ep. 47. nec dubito quin huius nepos sit is, de quo Horatius sat. 2. & 3. lib. 1.

Expostulatoria.

M. Cicero s. D. M. Fabio Gallo. 24

AMORIS quidem tui, quoquò me verti vestigia, a vel proximè de Tigellio. sensi enim ex literistuis valde te laborasse. amo igitur voluntatem. Sed pauca de re. Capius, opinor, olim, NON omnibus dormio: sic ego non omnibus, mi Galle, seruiò. etsi quæ est hæc seruitus? olim, quum regnare existimabamur, non tam ab vllis quàm hoc tempore b obseruor à familiarissimis Cæsaris omnibus, præter istum. id ego in lucris pono, non ferre hominem pestilentiorẽ patria sua: eumquẽ addictum iam tumputo esse c Calui Licinij Hipponacteo præconio At vide quid succenseat. Phameæ causam susceperam, ipsius quidem causæ: erat enim mihi sanè familiaris. is ad me venit, dixitque iudicem sibi operam dare constituisse eo ipso die, quo de P. Sextio in consilium iri d necesse erat. respondi, nullo modo me facere posse, quum vellem: alium diem si sumisset, me ei non defutu-

a Vide locutionem eandẽ ep.

13. l. 2. & ad Att. l. 13. epist.

42. præterea apud Macrob. l. 3.

b Ep. 20. lib. 3.

c Caluus in Ciceronem scripsit, quia prætor patrem suum dånarat. Plutarch.

d Quia præstituti dies erant eorum iudiciorum, qua lege Pompeia fiebant. ad Att. lib. 13. ep. 47.

turum.

a Al. canto-
rem.

b Pauperē ho-
minem fuisse,
qui se diuitem
simularet, scri-
psit Suidas.

Ille autem, qui sciret se nepotem bellum tibici-
nem habere, & sat bonum a victorem, discessit à
me, ut mihi videbatur, iratior. Habes Sardos ve-
nales, alium alio nequiorē. cognosti meā caus-
sam, & istius b Salaconis iniquitatem. Catonem
tuum mihi mitte: cupio enim legere. me adhuc
non legisse, turpe utrique nostrum est. Vale.

ARG. Rescribit de epistola non confissa. Momenti
ut de Casare cautē loqueretur & scriberet, gratias agit.

Responsoria ad monitoriam.

M. Cicero s. D. M. Fabio Gallo. 25

Q UOD epistolam confissam doles, noli
laborare: salua est domi: petes quum libe-
bit. Quod autem me mones, valde gratum est.
idque ut semper facias rogo, videris enim mihi
vereri ne, si c istum habuerimus, rideamus
ἰδῶμεθα σαφῶς Sed heus tu, manum de tabu-
la: d magister adest citius quā putaramus ve-
reor ne in Catonem, Cato in nos. Mi Galle, ca-
ue putes quidquam me ius, quā epistola tua
partem ab eo loco, Cætera labuntur. secretò hoc
audi: tecum habeto: ne Apellæ quidem liberto
tuo dixeris. præter duos nos loquitur isto modo
nemo: benè malene, videro: sed, quidquid est,
nostrum est. Virge igitur, nec transversum vn-
guem (quod aiunt) à stylo: is enim est dicendi o-
pifex. atque ego quidem aliquantum iam et-
iam noctis assumo. Vale.

c Casarem.

d Casar, Afri-
cano bello con-
fesso: quem re-
deuntem sena-
tum, delata cen-
sura, moribus
præfecerat. Lu-
dit igitur in
magistri nomi-
ne ambiguo.
Dio. lib. 43.

ARG. Scribit de morbo ex herbarū esu contracto.

Nuntiatoria.

Cicero

QUVM decimum iam diem grauiter ex in-
 testino laborarem, neque iis qui a mea o-
 pera vti volebant, probarem me non valere,
 quia febriam non haberem: fugi in Tusculanū,
 quum quidem biduum ita ieiunus fuisset, vt
 ne aquam quidem gustarem. Itaque confectus
 languore & fame magis b tuum officium desi-
 dexaui, quā ab te requiri putauī meum. Ego
 autem cum omnes morbos reformido, tum quo
 Epicurum tuum Stoici male accipiunt, quia c
 dicat *δυσχερὶὰ καὶ τὴν δυσεντερειὰν πᾶσιν* sibi mo-
 lesta esse. quorum alterum morbū edacitatis esse
 putant, alterum etiā turpioris intemperan-
 tiæ. Sanè *δυσεντερειάν* pertimueram: sed visa est
 mihi vel d loci mutatio, vel animi etiā rela-
 xatio, vel ipsa fortasse iam senescentis morbi re-
 missio profuisse. Attamen ne mirere vnde hoc
 acciderit, quomodo ve commiserim: e lex sum-
 tuaria, quæ videtur *λιτότης* attulisse, ea mihi
 fraudi: nam, dum volunt isti lauti f terra nata,
 quæ lege excepta sunt, in honorē adducere, fun-
 gos, heluellas, herbas omnes ita condiunt, vt ni-
 hil possit esse suauius. In eas quum incidissem in
 cenā g augurali apud Lentulū, tāta me *Ἀλεξίποια*
 arripuit, vt hodie primū videatur cepisse con-
 sistere. Ita ego, qui me ostreis & muranis faci-
 lè abstinebam, à beta etiā & malua deceptus
 sum. posthac igitur erimus cautiōres. Tu ta-
 men quum audisēs ab Anicio, (vidit enim me
 nauseantem) non mittendi causam iustam ha-
 buisti, sed etiā visendi. Ego hic cogito com-
 morari, quoad me reficiam. nam & vires &

a *In forensibus
causis.*

b *Vt ipse potius
ad me venires,
quā ego ad te.*
c *Vide Epicuri
epistolam in
Laertio.*

d *Morbōrum re-
media, loci
mutatio, ani-
mi relaxatio,*

e *Ep. 15. & 26.
l. 9.*

f *Gellius l. 2. c.
24. vbi, tum
pro natum le-
gitur.*

g *Varro de ra-
rust. l. 3. c. 6.*

corpus amisi. sed, si morbum depulero, facile, ut spero, illa reuocabo. Vale.

A R G. Gallum, non eum ad quem proximè scripsit, Fabia gentis, sed (ut opinor) Sextia, accusat, ut iniquum & impudentem.

Responsoria ad accusatoriam.

a Vide scholiũ

Cicero s. D. a Gallo.

27

MIROR cur me accuses, quum tibi id facere non liceat. quòd si liceret, tamen non debebas. **b** E G O enim te in consulatu obseruaram. & ais fore ut te Cæsar restituat. Multa tu quidem dicis, sed tibi nemo credit. Tribunatum plebis dicis te mea causa petisse, utinam semper esses tribunus: **c** intercessorem non quares. Negas me audere, quòd sentiam dicere: quasi tibi, quum parum pudenter me rogares, parũ fortiter responderim. Hæc tibi scripsi, ut isto ipso in genere, in quo aliquid posse vis, te nihil esse cognosceres. Quod si humaniter mecũ questus esses, libenter tibi me & facile purgassem. non enim mihi ingrata sunt quæ fecisti, sed quæ scripsisti, molesta. Me autem, propter quem cæteri **d** liberi sunt, tibi liberum non visum, demiror. nam si falsa fuerunt quæ tu ad me, ut ais, detulisti, quid ego tibi debeo? sin vera, tu es optimus testis, quid mihi populus R. debeat. Vale.

b Verba ex epistola Galli.

c Tribuni. n. intercedebant. Gallus autem Ciceronem rogauerat ut pro se intercederet apud Casarem. est igitur ἀμφιβολία.

d Coniuratione oppressa.

A R G. Probat consilium Curij, qui rep. desperata, in Graciam se contulerit. & adiungit, se totum in literis esse, libertate prorsus amissa.

Deplorato-

Deploratoria.

M. Cicero s. D. Man. Curio. 28

MEMINI quum mihi desipere videbare,
 quòd istic potius viueres quàm nobiscum.
 erat enim multo domicilium huius vrbs (quò
 quidem hæc vrbs) aptius humanitati & suauita-
 ti tuæ, quàm tota Peloponnesus, nedum Pa-
 tra. Nunc contra & *a* vidisse mihi multum vi-
 deris, quò propè desperatis his rebus te in Græ-
 ciam contulisti, & hoc tempore non solùm sa-
 piens, qui hinc abis, sed etiam beatus. *b* quan-
 quam quis qui aliquid sapiat, nunc beatus esse
 potest? Sed quod tu, cui licebat, pedibus es con-
 sequutus, vt ibi esses vbi nec *c* Pelopidarum:
 (nosti cætera) nos idem propemodum conse-
 quimur alia ratione. Quum enim salutationi
 nos dedimus amicorum, quæ fit hoc etiam fre-
 quentius quàm solebat, quòd, quasi auem al-
 bam, videntur bene sentientem ciuem videre:
 abdo me in bibliothecam: itaque opera efficio
 tanta, quanta fortasse tu *d* senties. intellexi e-
 nim ex tuo sermone quodam, quò mæstitiam
 meam & desperationem accusares, domi tuæ
 dicere te, *e* ex meis libris animum meum de-
 siderare. Sed mehercule & tum temp. iugebam,
 quæ non solùm suis erga me, sed etiam meis er-
 ga se beneficiis erat mihi carior: & hoc tempo-
 re, quanquam me non ratio solùm consolatur
 (quæ plurimum debet valere) sed etiam *f* dies, *f* Epist. 3. l. 4. &
 (quæ stultis quoque mederi solet) tamen doleo *16. l. 2.*
 ita communem rem esse diuulsam, vt ne spes
 quidem, melius aliquando fore, relinquatur.

Q

Nec

a Discessit .v.*Curius ante exitium reip.**b* Obserua elegantiam in correctione.*c* Subaudi, neque facta audias, neq. nomē ep. 30. Phil. 13.*d* Itidem tibi, vt mihi, probabuntur.*e* Non eum me esse qui videret in meis libris.

a Non debuit
in unius pote-
state omnis esse
ress.

b Ad Att. ep.
no. lib. 1.

Nec verò nunc quidem culpa in eo est, in cuius potestate omnia sunt: (nisi fortè id ipsum esse non debuit) sed alia casu, alia etiam nostra culpa sic acciderunt, ut de præteritis non sit quærendum. Reliquam spem nullam video. quare ad prima redeo. sapienter hæc reliquisti, si consilio: feliciter, si casu. Vale.

ARG. Memoriam declarat accepti à Cicerone beneficii: & commendatitias ab eo literas petit ad Sulpicij successorem.

Grati animi testificatoria, Petitoria.

Man. Curius s. D. M. Ciceroni suo. 29

a Ep. 17. & 50.
l. 13. & l. 16. &
ad Att. epi. 5.
lib. 8.

b Ep. 23. l. 10. &
ad Att. epist.
13 l. 1.

c A doliu me-
taphora, qua
diuersis notis
distinguuntur,
ut internoscân-
tur vna.

d Adagium, a
pictoribus na-
tum.

S I vales, bene est. a sum enim $\chi\epsilon\iota\sigma\iota\ \mu\epsilon\pi\sigma\iota$, tuus, $\kappa\epsilon\tau\eta\sigma\iota\ \delta\epsilon$, Attici nostri. ergo fructus est tuus, mācipium, illius. quod quidem si inter senes coemtionales venale proscrisperit, egerit non multum. at illa nostra predicatio quanti est? nos, b quòd simus, quòd habeamus, quòd homines existimemur, id omne abs te habere? Quare Cicero mi perseuera constanter nos conseruare: & Sulpicij successori nos de meliore c nota commenda: quo facilius tuis præceptis obtemperare possimus, teq; ad vrbem lubentes videre, & nostra desigere deportareq; tuiò possimus. Sed amice magne, noli hanc epistolam Attico ostendere: sine eum errare, & putare me virum bonum esse, nec solere à duos parietes de eadem fidelia dealbare Ergo patrone mi bene vale, Tironemq; meum saluta nostris verbis. D. A. D 4 kal. Nou.

ARG. Ostendit quàm miserè agatur cum rep. quum Caesar Caninium ad aliquot horas consulẽm creauerit: & de literis commendatitiis ad Acilium scriptis significat.

Deplo-

Deploratoria, locatoria.

Cicero s. d. Curio.

30

EGo verò iam te nec hortor nec rogo ut a Simile prin-
 domū redeas: quin hinc ipse euolare cu-
 pio, & aliquò peruenire, vbi nec Pelopidarum
 nomen nec facta audiam. Incredibile est quàm
 turpiter mihi facere videar, qui his rebus inter-
 sim. Næ tu videris multo antè prouidisse quid
 impenderet, tum quum hinc profugisti. quan-
 quam enim hæc etiam auditu acerba sunt, tam-
 men audire tolerabilius est quàm videre. In b
 campo cerè non fuisti, quum hora secunda, co-
 mitiis quæstoriis institutis, sella Q. Maximi,
 quem illi consulem esse dicebant, posita esset.
 quo mortuo nuntiato, sella sublata est. Ille au-
 tem, qui comitiis c tributis esset auspicatus, c
 centuriata habuit: consulem hora septima re-
 nuntiauit, qui vsque ad Kal. Ian. esset, quæ erant
 futuræ mane postridie. Ita d Caninio consu-
 le scito neminem prandisse. nihil tamen eo con-
 sule mali factum est. fuit enim mirifica e vigi-
 lantia, qui suo toto consulatu somnum non vi-
 derit. Hæc tibi ridicula videntur: non enim ades:
 quæ si videres, lacrymas non teneres. Quid si
 cætera scribam? sunt enim innumerabilia ge-
 neris eiusdem, quæ quidem ego non ferrem,
 nisi me in philosophiæ portum contulissem, &
 nisi haberem socium studiorum meorum Atti-
 cum nostrum. cuius quando proprium te esse
 scribis mancipio & nexu, meum autem vsu &
 fructu, contentus isto sum. ID ENIM cu-
 iusque est proprium, quo quisque fruitur at-
 que vitur. Sed hæc aliàs pluribus. Acilius,

Q 2

qui

a Quum nunquam damnatus sit. Eodem modo loquutus est, epist. i. li. 4. quæ de rep. loqueretur.

qui in Græciam cum legionibus missus est, maximo meo beneficio est. bis enim est à me iudicio capitis, rebus à saluis, defensus; & est homo non ingratus, meque vehementer oberrat. ad eum de te diligentissime scripsi: eamque epistolam cum hac coniunxi: quam ille quum accepit, ecquid tibi pollicitus sit, velim ad me scribas. Vale.

ARG. Inuitat eum ad officia mutua: & in urbem ut redeat rogat, veteris urbanitatem retinenda causa.

Inuitatoria.

Cicero s. D. Curio.

31

FACILE perspexi ex tuis literis (quod semper studui) & me à te plurimi fieri. & te intelligere quàm mihi carus esses. Quod quando vterque nostrum consequutus est, reliquum est vt officiis certemus inter nos quibus à quo animo vel à vincam te, vel vincar abste. A cilio non fuisse necesse meas dari literas, facile patior. Sulpitii tibi operam intelligo ex tuis literis non multum opus fuisse, propter res tuas ita contractas, vt, quemadmodum scribis, nec caput nec pedes. Equidem vellem vti pedes haberent, vt aliquando redires. vides enim exaruisse iam veterem *b* urbanitatem, vt Pomponius noster suo iure possit dicere, nisi nos pauci retineamus gloriam antiquam Atticam. Ergo is tibi, nos ei succedimus, veni igitur, quæso, ne tantum semen urbanitatis vnà cum rep. intereat. Vale.

a Ep. 7. l. 5. molestum. n. non est, ab amico in officio vinci.

b Leporem accumens, dictorum.

c Princeps Curvius in dictis, secundus Atticus, Cicero tertius.

ARG.

ARG. *Scribit hanc epistolam in prouincia. prima pars de dictis est, secunda de iudiciis, tertia de rep. ultima de Dolabella, nondum genero.*

locatoria.

Cicero S. D. Volumnio. 32

Q VOD sine prænominē familiariter, ut debebas, ad me epistolam misisti: primum adaubitauī num à Volumnio a senatore esset, quocum mihi est magnus usus: deinde *δ'τραπελία* literarum fecit ut intelligerem tuas esse. Quibus in literis omnia mihi pericunda fuerunt, præter illud, quod parum diligenter possessio salinarum mearum à te procuratore defenditur. Ais enim, ut ego discesserim, omnia omnium dicta, in his etiam Sextiana, b in me conferri. quid? tu id pateris? nonne defendis? non resistis? equidem sperabam ita notata me reliquisse genera c dictorum meorum, ut cognosci sua sponte possent. Sed quando tanta fæx est in vrbe, ut nihil sit tam *ἀκυρον* quod non alicui d venustum esse videatur: pugna, si me amas, nisi acuta, *ἀμεφισβολία*, nisi elegans *ὕψισβολή*, nisi *παρορρημία* bellum, nisi ridiculum *παρορρησία*, nisi cetera, quæ sunt à me in secundo libro. De oratore per e Antonii personam disputata de ridiculis, *ἐν τεχναι* & arguta apparebunt, ut sacramento contendas mea non esse. Nam de iudiciis quod quereris, multo laboro minus trahantur per me pedibus omnes rei; sit vel Selius tam eloquens, ad Att.

a De quo Varro lib. 2. de re rust. & in Attici vita.

Inde etiam dictus est. Volumnius. Eutrapelus. epist. 26. l. 9.

b Pro meū circumferri.

c Macr. lib. 1. Sat.

d Quintil. l. 6. cap. 3.

e Imò per Iulij personā. Men dum librarij puto, non memoria Cicero nis epist. 19. l. 23. ad Att.

a *Alludit ad
consuetudinem
iudiciorum.*

b *C. Curionem.*

c *Ita loquebatur
ad iudicium
quædam amo-
rem. ad Att. l.
16 & Phil. 12.*

d *Ep. 19. l. 6.*

e *Quamquam
maximè labo-
rem, nimium
& uen laborare
mihi non
uideor.*

vi possit probare se liberum: non laboro. urbanitatis possessionem, amabo, quibusuis a interdictis defendamus: in qua te vnum metuo, contemno cæteros. Derideri te putas? nunc demum intelligo te sapere. Sed mehercule, extra iocum, valde mihi tuæ literæ facerent elegantesque visæ sunt. illa, quæuis ridicula essent, sicut erant, mihi tamen risum non mouerunt. cupio enim nostrum illum b amicum in tribunatu quamplurimum habere grauitatis, idq; cum ipsius causa, (est enim mihi, vt scis, in c amoribus) tum mehercule etiam reip. quam quidem, quanuis in me ingrata sit, tamen amare non desinam. Tu, mi Volumni, quando & instituisti, & mihi vides esse gratum, scribe ad me quam sæpissimè de rebus urbanis, de rep. iocundus est mihi sermo literarum tuarum. Præterea Dolabellam, quem ego perspicio & iudico cupidissimum esse atque amantissimum mei, cohortare & confirma, & d redde planè meum. non mehercule quòd quidquam desit, sed quia valde cupio, e non videor nimium laborare. Vale.

ARG. *Hac epistola est post ciuile bellum. scribit, se exercitationis causa declamare, auditoribus, Hirtio, Casto, Dolabella: Volumnium vocat ad eadem studia. addit, deliberatum sibi esse, Cesare permittente, a causis iudicijq; discedere.*

Cicero s. D. Volumnio.

33

a *Cur se ad declamationes
cõulerit, causam vide ep. 8.
l. 9. & 18. l. 6.*

QVOD a declamationibus nostris cares, damni nihil facis. Quòd Hirtio inuideres, nisi eum amares: non erat causa inuidendi: nisi fortè ipsius eloquentiæ magis, quàm quòd me audiret,

audiret, inuideres. Nos enim planè, mi suauis-
 me Volumni, aut nihil sumus, aut nobis qui-
 dem ipsis displicemus, gregalibus illis, quibus,
 te plaudente, vigeamus, *a* amissis: vt etiam si
 aliquando aliquid dignum nostro nomine e-
 misimus, ingemiscamus, quòd hæc pennigero
 non armigero in corpore tela exerceantur, vt
 ait *b* Philoctetes apud Attium, abiecta gloria.
 Sed tamen omnia mihi erunt, si tu veneris, hila-
 riora. quanquam venies, vt ipse intelligis, in
 maximarum quasi concursum occupationum:
 quas si, vt volumus, exceperimus, ego verò *c*
 multam salutem & foro dicam & curiæ, viam-
 que tecum multum & cum cõmunibus *d* nostris
 amatoribus. Nam & Cassius tuus & Dolabella
 noster, vel potius vterque noster, studiis iisdem
 tenentur, & meis æquissimis vtuntur auribus.
 opus est huic limatulo & politulo tuo iudicio, &
 illis interioribus literis *e* meis, quibus sæpe ve-
 recundio rem me in loquendo facis. Mihi enim
 iudicatum est (si modò hoc Cæsar aut patietur
 aut volet) deponere illam iam personam, in
 qua me sæpe illi ipsi probaui, ac me totum *f* in
 literas abdere, tecumque & cum cæteris earum
 studiosis honestissimo otio perfrui. Tu vellem
 ne veritus esses ne *g* per inuitus legerem tuas
 literas, si mihi, quemadmodum scribis, longio-
 res fortè misisses, ac velim post hæc sic sta-
 tuas, tuas mihi literas longissimas
 quasque, gratissimas fore.

Vale.

a *Ciuili bello.*

b *De Philocte-
 te, Attii tra-
 gædia Varro l.
 6. de lingua
 Lat.*

c *Græca lo-
 cutio: vt,
 πῶδὰ χερσῶν
 τῷ ἡγελῶν,
 ep. s. l. s. ad. At.
 Plato in ep. ad
 Perdiccam.*

d *Al. nostri.*
e *Quas in te
 diligo: vel, qui-
 bus maxime
 delector.*

f *Idè aliis ver-
 bis, ep. 20. l. 9.*

g *Pluribus
 video scriptura
 esse in omnibus
 antiquis libris:
 itaq; admone-
 re visum est.*